Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36522
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



98

ut in isto imitatores sint filiorum aaron. sic in
multis ceteris. Qui se cognoscit debitorem esse
predicationis. non debet se retrahere a moueri
dissignis cui ex eisdem possit predicare populo. Vin
culum quod plectrum ligat uasi. quedam moderatio
est. quae sert ad tempus mouere plectrum linguae
ut labia feriant. Vinculum adtractum finis mo
uet plectrum quando modestia ad auctoritatem
sacrae scripturae linguam predicatoris mouet.

Ecclesia est euocatus DE SITU ECCLESIAE.
Populus per ministros ecclesiae ab eo quod facit una
nimes habitare in domo. Ipsa uocatur kyriacha
qua est dominicalis. kyrios graece latine dominus. ac
ideo kyriacha dominicalis. Ipsa uocatur basilica. id est
regalis a basileo. Basileus rex dicitur quasi ba
sis populi. Laos populus dicitur. Basileus basis populi.
Vnde isidorus. Basilicae. primus uocabantur
habitacula regum. unde et nomen habent. Ha
et basileus rex. et basilicae regum habitatio
nes. Hunc autem ideo diuina templa basilicae no
minantur. quia ibi regi deo cultus et sacrificia
offerunt. Iosephus simili modo domum nominat
quam edificauit salemon ad suum opus dicens. Post
templi fabricam. quam. vii. annis perdiuum fu
isse perfectam. edificium domum regalem extrui
ere cepit. quod. xiii. annis uix impleuit. Non
enim huiusmodi erat feruens studium sicut in
templo. Et paucis. Haec quidem sedem felici
tatem hebraicae regionis ac mentum regis edi
ficata est. Quorum totam expositionem et ordinem
dicere necessarium est ut ex hoc omnis contem
plant magnitudinem cum legentes uiderint
huius rei descriptionem. Erat magna nimis
basilica et pulchra. haec in numero colum
narum multitudine portabatur. quam ad iu
dicia rerumque cognitiones distribuit. Iudi
tis ex auctoritate ueteri ideo euenire
populum ad basilicam. ut audiat iudicia. Iudicat
populum. cum euenerit in ecclesia. Itaque inquit
fratres mei. cum euenitis ad manducandum in
unum expectate. Si quis esurit domi mandu
cet. ut non in iudicium conuenatis. Monstran
te Paulo. propter euentum ad ecclesiam. ut man
ducem cenam dominicam. Duo audistis. cum euenit
ut populus. unum ex antiqua traditione. ut iu
dicia. et rerum cognitiones accipiat. alterum
ex nouo testamento. ut manducet. Vtique
quorum ad ecclesiam. scilicet ut ap. audiamus
iudicia nostra mala sunt. nam bona. et
cognitionem dei. et ut manducemus et bibamus
corpus domini. Id circo quia pre[illegible]ter ista si per po
nam eo tempore. ut iudicia dominica percipere
et retinere queamus. et panem dominicum manducare
studentes nos metipsos probare. si digne pos
sit a nobis manducari. In euentu ecclesiastico
seorsum masculi. seorsum feminae stant. quod
accepimus a ueteribus consuetudine. dicente Beda
in tractatu super lucam. Quem aliquis quomodo di
lium tamen parentum cura nutrire. his abeun
tibus potuerit obliuiscendo relinquere. Cui respon
dendum. quia filius israel moris fuerit. ut tem
poribus festis. ut hierosolymam confluentes. ut
post ad propria redeuntes seorsum uiri. seorsum
autem feminae choros ducentes incederent. in
fantesque. ut pueri. cum quibus parente indiffe
renter ire poterant. ideoque beatam Mariam ut
ioseph uiri sui puerum iesum. quem secum com
mitari non cernebant. cum altero parente reuer
sum. Quam uis et aliud in hac re possimus tenere.
quod caro uiri et mulieris. si propi accesserint
unum quodque ex altero accendatur ad libidinem.
Qua de re dicit salemon. Longe fac ab ea
uiam tuam. Quo propter uenium ut defleamus
carnales delectationes. necesse est uitare